

In tumulum nobilis  
& omnium virtutum  
ornamentis ...  
matronæ Barbaræ  
Gers, ....

*1 Ic 1697 Gers, Barbara*



National Library  
of Sweden

## IN TUMULUM

Nobilis & omnium virtutum ornamentis decoratissimæ  
MATRONÆ

B A R B A R Æ G E R S I + 1697

*Admodum Reverendi & celeberrimi Viri,*

Dn. M. M A G N I S T R U S + 4 Aug. 1697

Mathem. Professoris & hoc t. R E C T O R I S M A G N I F I C I, 1697

*Conjugis desideratissimæ:*



ic tumulata jacet claris natalibus  
orta

Fœminei sexus gloria, splen-  
dor, honos,

B A R B A R A G E R S I socio multum dilecta  
marito

Et dilecta bonis omnibus illa fuit.

Vivit adhuc terris morum memorabile  
nomen,

Ipsa anima in coelis gaudia vivit has  
bens.

*hæc pauca supremi officii ergo  
subito scripsit*

JOH. FLACHSENIUS  
S.S. Th.D. & Prof. Prim. def.



irabere, Viator, fati tui legem,  
Si ut cum homine agitur mediteris.  
Nascitur, denascitur, oritur, aboritur.  
Incipit, adolescit, stat, floret,  
Et omnia ideo  
Ut subito & indiscreto lapsu cadat.

Quid? Quod

Quotidie morimur: quotidie enim aliqua pars vitæ demitur  
Et tunc cum crescimus, vita decrescit, parante  
Intra tenuis cuticulæ claustra surdis machinis inimica vi id com-  
Æterna quidem sæpe meditatur;  
Sed fragilitatis oblitus  
Argumento recenti admonet  
Omnis dies, omnis hora,  
& respicere cogit ad mortem.

Argumentum tale recens nobis subministrat  
Nobilis, dum viveret, inclutisq; Virtutibus conspicua Matrōna

**Dna. BARBARA GERGI**

Præcellentissimi admodumque Reverendi Viri  
DNI. M. MAGNI SEEN/

In Regia hac Uuiversitate Mathem. Prof. Celeberr.

ET h. t. RECTORIS MAGNIFICI

Uxor jucundissima.

Quæ

Pia, Proba, modesta, gratiosa.  
Simplicitate prudens, prudentiâ simplex,  
diu vivere digna, in medio tamen ætatis flore,  
insigne nobis desiderium sui reliquens,  
è Terris hominumque consortio evocata est.

O! Cruentum vulnus Amplissimæ Domui inflictum,  
O! partem nobilem corpori conjugali evulsam.  
Hinc lacrymæ & luctus, suspiria & cordis compunctiones;  
Amissum luget tristissimus Maritus fidele curarum levamen,  
Tenerrimam, desiderant tria amoris pignora, matrem,  
Stabilimento orba tantum non ruinam metuit domus.

Ast solatium curis hisce & tristibus intimandum,  
Manentem hic non habemus mansionem,

Iter illud Beatissima præ occupavit Matrōna  
quod nobis emetiendum est.

Eamque jam vivit vitam,  
quam adspiramus omnes.

Hæc Sapientiâ adversus mortem & dolorem animum obduremus  
Vita deinde nostra fabula est,

Quomodo hæc, sic illa, non quamdiu, sed quam beneacta sit, refert.

In Spe autem & Silentio

Vitam omnem eâ hic laude egit gratiosissima nostra,  
ut famæ certissima commendatio,  
veneranda sanctissimæ vitæ recordatio  
perpetuumque manibus ejus maneat decus.

Vale! Viator,

Et ut eadem tibi contingant labora.

*In honorem Laudatissimæ Matrōnæ festinanter,  
libenter tamen hæc deproperat*

**LAUR. BRAUN.**



urgit inexploto bustum miserabile qvestu,  
Pectora dum rumpunt viduati parte mariti  
Dimidiâ cordis, lethei damna furoris,  
Manibus atque piis cum debita iusta paramus.

Scilicet ut castos Sibi demtos cernit amores,  
Conjugis ornatae millenis dotibus altræ  
Virtutis, Qui sceptrâ tenet flectitque Lycei  
Rektor habenas Abodici, torqvente volucris  
Curru annum hunc Phœbi, damnat multisque laceffit  
Parcas immites, lacrimis resolutus anhelis  
Ora. Cadunt guttæ veniunt suspiria crebris  
Fletibus, & trepidant abstruso membra dolore.  
Non animus, non lingua satis sua munera complent.  
Nec miror, namque egregia pietate meretur  
Matronale Decus, tales post funera planctus.  
Temperet immodicum pia sed patientia luctum,  
Concipiatque sibi solaria grata fatiscens  
Mens, ex consilio supremi Numinis almo,  
Quod super imponens humeris, tractabile quod vix  
Est onus, ut fiat mutato nomine svave  
Efficit, & carum numerofo scœnore pignus  
Reddit in augusto cœlorum culmine. Tandem  
Quod mortale fuit, celso radiabit Olympo  
Immortale Jubar, nunquam fugientibus annis.

*Inspertatum ac pungentem nimis ma-  
rorem, quem attulit repentina  
clades, Christiano ex debito  
ita lenire studui*

DAVID LUND.

På  
Griffe - Stenen.

**B**ackwahrsamt/Wandringzman/oc hwad man här månd rjstadt  
Som snarast genom lås: En ådel Qwinnos Been/  
Den månge önskat ån blij ogömd af slijt Steen/  
En/ som sig ogemeent om årbahet beslijtadt/

En Dygdig Qwinnos mull år här förwarad worden/  
Som tyst och stilla har sin werld igenom gådt:  
Har aldrig twedrächz fröö bland säta wänner sädt;  
Har med sin wandel prydt/ men aldrig tyngadt/ jorden.

Hon fann sin rächning ey med de förwetna Sinne/  
Som allstans hemma å/ föruthan wid sitt hemm:  
Som alt i Staden steer/ hwad/ hwar/ och uthaf hwem/  
Til pricka frägadt ut och feel i allo finne.

Hon wärdad sig om sitt/ och låt alt öfrigt fara:  
Sitt nöije i sin GUD/ sin Dygd och kåra Man  
Hon endast sökte/ och med största hugnad fann.  
Nu år ey under/ at des saknad dyr månd wara.

Men hon får sitt beswär til rygga lycklig lämna/  
Des Siäl bland Himlens folk en ohörd hugnad har/  
Des kropp till Herrans dag taht grafwen i förwar/  
Hwar redlig mun des Dygd med åwigt lof skall nämna.

Så myckit/ Wandringzman: gack nu/ Men glöm ey detta:  
En sijnlig tijd: En stund/ som wis och owis år:  
En GUD/ som seer tin wärel och en gång dömma lär:  
En åwighet/ som skal tig trycka eller låtta.

I största hastighet/ doch med en innerlig  
och trogen tildönskan af all Gudo-  
melig tröst och hugswalelse för de  
Förnähme sorgbundne/ skref detta  
TORST: RUDEEN.